

Anzeigebblatt

für die Erzdiöcese Freiburg.

Nro. 27.

Freiburg, den 30. November 1870.

XVI. Jahrgang.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI **PII**, DIVINA PROVIDENTIA **PAPAE IX.**

EPISTOLA ENCYCLICA

AD OMNES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM
ORDINARIOS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

PIUS PP. IX.

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Respicentes ea omnia, quae Subalpinum Gubernium pluribus ab annis non intermissis molitionibus gerit ad evertendum civilem Principatum singulari Dei providentia huic Apostolicae Sedi concessum, ut Beati Petri successores in exercitio spiritualis suae jurisdictionis necessaria ac plena libertate et securitate uterentur, fieri non potest, VV. FF., ut in tanta contra Ecclesiam Dei et Sanctam hanc Sedem conspiratione intimo cordis Nostri dolore non moveamur; atque hoc tam luctuoso tempore, quo idem Gubernium sectarum perditionis consilia sequens, sacrilegam almae Urbis Nostrae et reliquarum civitatum, quarum Nobis imperium ex superiori usurpatione supererat, invasionem quam jamdiu meditabatur, contra omne fas vi armisque complevit, dum Nos arcana Dei consilia coram Ipso prostrati humiliter veneramus, illam prophetae vocem usurpare cogimur „ego plorans et oculus meus deducens aquas, quia longe factus est a me consolator convertens animam meam: facti sunt filii mei perdit quoniam invaluit inimicus.“¹⁾

Satis quidem VV. FF., a Nobis exposita et catholico orbi jamdiu patefacta est nefarii hujus belli historia, idque fecimus pluribus Allocutionibus Nostris, Encyclicis, Brevibusque litteris diverso tempore habitis aut datis, nempe diebus 1 Novemb. an 1850, 22 Jan. et 26 Julii 1855, 18 et 28 Junii et 26 Sept. 1859, 19 Jan. 1860 ac Apostolicis Litteris 26. Martii 1860, Allocutionibus deinde 28 Sept. 1860, 18 Martii et 30 Sept. 1861 et 20 Sept. 17 Octob. et 14 Novem. 1867. Horum documentorum serie perspectae atque exploratae fiunt gravissimae injuriae a Subalpino Gubernio jam ante ipsam Ecclesiasticae ditionis superioribus annis inchoptam occupationem Supremae Nostrae et hujus sanctae Sedis auctoritati illatae, tum legibus contra naturale, divinum et ecclesiasticum jus rogatis, tum sacris ministris, religiosis familiis et Episcopis ipsis indignae vexationi subjectis, tum obligatam solemnibus conventionibus cum eadem Apostolica Sede initis fidem infringendo, atque earum inviolabile jus praefraete denegando vel eo ipso tempore, quo novas Nobiscum tractationes inire velle significabat. Ex iisdem documentis plane liquet, VV. FF., totaque videbit posteritas, quibus artibus et quam callidis ac indignis molitionibus idem Gubernium ad justitiam et sanctitatem jurium hujus Apostolicae Sedis opprimendam pervenerit; ac simul cognoset quae curae Nostrae fuerint in illius audacia, quae augebatur in dies, quantum in Nobis erat compescenda atque in Ecclesiae causa vindicanda. Probe nostis anno 1859 ab ipsa Subalpina potestate praecipuas Aemiliae civitates submissis scriptis, conspiratoribus, armis, pecunia ad perduellionem fuisse excitatas; nec multo post, comitiis populi indictis, captatisque suffragiis plebiscitum confictum esse, eoque furore et nomine provincias

¹⁾ Jerem. thr. 1. 16.

Nostras in ea regione positas a paterno Nostro imperio, bonis frustra refragantibus, avulsas. Perspectum quoque est, anno deinde consequuto idem Gubernium ut alias hujus S. Sedis provincias in Piceno, Umbria et Patrimonio sitas in praedam suam converteret, dolosis praetextibus adductis, improvise impetu milites Nostros et voluntariam Catholicae juventutis manum, quae religionis spiritu et pietate erga communem Parentem adducta ex omni orbe ad defensionem Nostram convolaverat, magno circumvenisse exercitu, eosque tam subitam irruptionem minime suspicantes, impavide tamen pro religione certantes cruento proelio oppressisse. Neminem latet insignis ejusdem Gubernii impudentia et hypocrisis, qua ad minuendam sacrilegae hujus usurpationis invidiam jactare non dubitavit se illas invasisse provincias ut principia morales ordinis ibi restitueret, dum tamen reipsa ubique falsae cujusque doctrinae diffusionem cultumque promovit, ubique cupiditatibus et impietati habenas laxavit, immeritas etiam poenas sumens de Sacris Antistitibus, de Ecclesiasticis cujusque gradus viris, quos in custodiam abripuit et publicis contumeliis vexari permisit, cum interea insectatoribus et iis qui ne Supremi quidem Pontificatus dignitati in persona humilitatis Nostrae parcebant, impune esse pateretur. Constat praeterea, Nos debito officii Nostri munere non solum iteratis semper obstitisse consiliis et postulationibus Nobis oblatis, quibus agebatur ut officium Nostrum turpiter proderemus, vel scilicet juribus et possessionibus Ecclesiae dimissis ac traditis, vel nefaria cum usurpatoribus conciliatione inita; verum etiam Nos iniquis hisce ausibus et facinoribus contra omne humanum et divinum jus perpetratis solemnes protestationes coram Deo et hominibus opposuisse, illorumque auctores et fautores Ecclesiasticis censuris obstrictos declarasse et quatenus opus esset iisdem censuris in illos denuo animadvertisse. Denique exploratum est, praedictum Gubernium in sua contumacia suisque machinationibus nihilominus perstitisse, rebellionemque in reliquis Nostris provinciis et in Urbe praesertim promovere immissis perturbatoribus ac omnis generis artibus sine intermissione curavisse. Hisce autem conatibus minime ex sententia procedentibus propter inconcussam Nostrorum militum fidem, Nostrorumque populorum amorem ac studium insigniter et constanter Nobis declaratum, turbulentam demum illam tempestatem in Nos erupisse anno 1867, quum Autumni tempore conversae in Nostros fines et hanc Urbem fuerunt perditissimorum hominum cohortes scelere et furore inflammatae et subsidiis Gubernii ejusdem adjunctae, quorum ex numero occulti plures in ipsa hac urbe pridem consederant; atque ab earum vi crudelitate et armis omnia Nobis Nostrisque dilectissimis subditis acerba et cruenta timenda erant, uti liquido apparuit, nisi Deus misericors earumdem impetus et strenuitate Nostrarum copiarum et valido legionum auxilio ab inclyta natione Gallica Nobis submisso irritos reddidisset.

In tot vero dimicationibus, in tanta periculorum, sollicitudinum, acerbitatum serie maximum Nobis interim Divina Providentia solatium conferebat ex praeclara vestra, VV. FF., vestrorumque Fidelium erga Nos et hanc Apostolicam Sedem pietate ac studio, quod et insignibus significationibus editis et catholicae charitatis operibus jugiter demonstratis. Et quamquam gravissima in quibus versabamur discrimina vix aliquas Nobis inducias relinquerent, nihil tamen unquam, Deo Nos confortante, curarum remisimus, quae ad temporalem subditorum Nostrorum prosperitatem tuendam pertinebant; ac quae esset apud Nos tranquillitatis et securitatis publicae ratio, quae optimarum quarumcumque disciplinarum et artium conditio, quae populorum Nostrorum erga Nos fides et voluntas omnibus nationibus facile innotuit, ex quibus advenae frequentissimi in hanc Urbem occasione praesertim plurimum celebratae, quas peregrinus, sacrorumque solemniis certatim omni tempore confluerunt.

Jamvero cum res ita se haberent nostrique populi tranquilla pace fruerentur, Rex Subalpinus ejusque Gubernium capta occasione ingentis inter duas potentissimas Europae nationes flagrantis belli, quarum cum altera pepigerant se inviolatum servaturos praesentem ecclesiasticae ditionis statum, nec a factiosis violari passuros, protinus reliquas dominationis Nostrae terras Sedemque ipsam Nostram invadere et in suam potestatem redigere decreverunt. At quorsum haec hostilis invasio, quaenam causae praeferebantur? Notissima profecto cuique sunt ea quae in Epistola Regis die 8 proxime elapsi Septembris ad Nos data et per ipsius Oratorem ad Nos destinatum Nobis tradita disseruntur, in qua longo fallacique verborum et sententiarum ambitu, ostentatis amantis filii et catholici hominis nominibus causaque obtenta publici ordinis, Pontificatus ipsius et personae Nostrae servandae, illud poscebatur, ne temporalis nostrae potestatis eversionem velut hostile facinus vellemus accipere, atque ultro eadem potestate cederemus, futilibus confisi sponsonibus ab ipso oblatis, quibus vota, ut aiebat, populorum Italiae cum supremo spiritualis Romani Pontificis auctoritatis jure et libertate conciliarentur. Nos equidem non potuimus non vehementer mirari, videntes qua ratione vis quae Nobis brevi inferenda erat obtegi et dissimulari vellet, nec potuimus non dolere intimo animo vicem Regis ejusdem qui iniquis consiliis adactus nova in dies Ecclesiae vulnera infligit et hominum magis quam Dei respectu habito non cogitat esse in caelis Regem regum et Dominum dominantium, qui „non subtrahet personam cujusquam, nec verebitur magnitudinem cujusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, fortioribus autem fortior instat cruciatio.“¹⁾ Quod autem attinet ad propositas Nobis postu-

¹⁾ Sap. VI. 8 et 9.

lationes cunctandum Nobis non esse censuimus, quin officii et conscientiae legibus parentes, Praedecessorum Nostrorum exempla sequeremur, ac praesertim fel. rec. Pii VII, ejus invicti animi sensa ab eo prolata in simili prorsus causa, ac Nostra est, hic uti Nobis communia exprimere ac usurpare juvat. „Memineramus cum S. Ambrosio ¹⁾ *Nabuth Sanctum virum possessorem vineae suae interpellatum petitione regia ut vineam suam daret, ubi rex succisis vitibus olus vile sereret, eundem respondisse: absit ut ego patrum meorum tradam haereditatem.* Multo hinc minus fas esse Nobis judicavimus tam antiquam ac sacram haereditatem (temporale scilicet Sanctae hujus Sedis Dominium non sine evidenti Providentiae divinae consilio a Romanis Pontificibus praedecessoribus Nostris tam longa saeculorum serie possessum) tradere, aut vel tacite assentiri ut quis Urbe principe Orbis Catholici potiretur, ubi perturbata destructaque sanctissima regiminis forma, quae a Jesu Christo Ecclesiae Sanctae Suae relicta fuit, atque a Sacris canonibus Spiritu Dei conditis ordinata, in ejus locum sufficeret Codicem non modo sacris Canonibus, sed Evangelicis etiam praeceptis contrarium atque repugnantem, inveheretque, ut assolet, novum hujusmodi rerum ordinem qui ad consociandas confundendasque sectas superstitionesque omnes cum Ecclesia Catholica manifestissimi tendit.“

„*Nabuth vites suas vel proprio cruore defendit.* ²⁾ Num poteramus Nos, quidquid tandem eventurum esset Nobis, non jura possessionesque Sanctae Romanae Ecclesiae defendere, quibus servandis, quantum in Nobis est, solemnem jurisjurandi Nos obstrinximus religione? vel non libertatem Apostolicae Sedis cum libertate atque utilitate Ecclesiae universae adeo conjunctam vindicare?“

„Ac quam magna revera sit temporalis hujus Principatus congruentia atque necessitas ad asserendum Supremo Ecclesiae Capiti tutum ac liberum exercitium spiritualis illius, quae divinitus Illi toto orbe tradita est, potestatis, ea ipsa, quae nunc eveniunt (etiamsi alia deessent argumenta) nimis jam multa demonstrant.“ ³⁾

His igitur inhaerentes sensibus quos in pluribus Allocutionibus Nostris constanter professi sumus, responsione Nostra ad Regem data, injustas ejus postulationes reprobavimus, ita tamen ut acerbum dolorem Nostrum paternae charitati conjunctum ostenderemus, quae vel ipsos filios rebellem Absalon imitantes nescit a sua sollicitudine remove. Hisce autem litteris nondum ad Regem perlatis, ab ejus interea exercitu pontificiae Nostrae ditionis intactae hactenus et pacificae urbes occupatae fuerunt, praesidiariis militibus, ubi resistere conati fuerant, facile disiectis; ac brevi deinde infaustus ille dies proxime elapsi Septembris vicesimus illuxit, quo hanc Urbem Apostolorum Principis Sedem, catholicae religionis centrum omniumque gentium perfugium multis armatorum millibus obsessam vidimus, factaque murorum labe et excussorum missilium terrore intra ipsam illato, vi et armis expugnatam deplorare debuimus ejus jussu, qui paulo ante filiali in Nos affectu et fideli in religionem animo esse tam insigniter professus fuerat. Quidnam Nobis ac bonis omnibus illo die luctuosius esse potuit? in quo copiis Urbem ingressis, magna factiosorum adventitia multitudo repleta Urbe, vidimus statim publici ordinis rationem perturbatam et eversam, vidimus in Nostrae humilitatis persona Supremi ipsius Pontificatus dignitatem et sanctitatem impiis vocibus impetitam, vidimus fidelissimas Nostrorum militum cohortes omni contumeliarum genere affectas, atque effrenem late licentiam ac petulantiam dominari, ubi paulo ante filiorum affectus communis Parentis moerorem relevare cupientium eminebat. Ab eo deinde die ea sub oculis nostris consequuta sunt, quae non sine justa bonorum omnium indignatione commemorari possunt; nefarii libri mendacis, turpitudine, impietate referti ad facilem emptionem proponi coepti et passim disseminari; multiplices ephemerides in dies vulgari ad corruptelam mentium et honesti moris, ad contemptum et calumniam religionis, ad inflammandam contra Nos et hanc Apostolicam Sedem publicam opinionem spectantes; foedae indignaeque imagines publicari, aliaque hujus generis opera, quibus res personaeque sacrae ludibrio habentur et irrisioni publicae exponuntur; decreti honores et monumenta iis qui iudicio et legibus poenas gravissimorum criminum dederunt; Ecclesiae ministri, in quos omnis conflatur invidia, plures injuriis lacessiti, ac aliqui etiam proditoriis percussionibus sauciati; nonnullae religiosae domus injustis conquisitionibus subjectae; violatae Nostrae Quirinales domus, atque ex iis ubi Sedem habebat unus e S. R. E. Cardinalibus violento jussu raptim abire coactus, alique Ecclesiastici viri e familiarium Nostrorum numero ab illarum usu exclusi et molestiis affecti; leges et decreta edita quae libertatem, immunitatem, proprietates et jura Ecclesiae Dei manifeste laedunt ac pessumdant; quae mala gravissima latius etiam, nisi Deus propitius avertat, progressura esse dolemus, dum Nos interim ab ullo aliquo remedio afferendo conditionis Nostrae ratione praepediti vehementius in dies admonemur de ea captivitate, in qua sumus ac de defectu plenae illius libertatis, quam Nobis relictam esse in Apostolici Nostri ministerii exercitio Orbi mendacibus verbis ostenditur, et necessariis, quas appellant, cautionibus firmari velle ab intruso Gubernio jaectatur.

Neque hic praeterire possumus immane facinus quod vobis profecto innotuit, VV. FF. Perinde enim ac

¹⁾ De Basil. trad. n. 17.

²⁾ S. Ambr. ibid.

³⁾ Litt. Apost. 10. Juni 1809.

Sedis Apostolicae possessiones et jura tot titulis sacra atque inviolabilia, ac per tot saecula semper explorata et inconcussa habita in controversiam ac disceptationem revocari possent, et quasi censurae gravissimae quibus ipso facto et absque ulla nova declaratione violatores praedictorum jurium et possessionum innodantur, populari rebellione atque audacia vim suam amittere possent, ad sacrilegam quam passi sumus expoliationem honestandam, communi naturae ac gentium jure despecto, quaesitus est ille apparatus ac ludicra plebisciti species alias in provinciis Nobis ademptis usurpata; et qui exultare solent in rebus pessimis hac occasione rebellionem et ecclesiasticarum censurarum contemptum, veluti triumphali pompa, per Italicas urbes praeferre non erubuerunt, contra germana sensa longe maximae Italarum partis, quorum religio devotio ac fides erga Nos et Ecclesiam Sanctam multis modis compressa, quominus libere manare possit, impeditur.

Nos interim qui a Deo universae domui Israel regendae et gubernandae praepositi et supremi religionis ac justitiae vindices et Ecclesiae jurium defensores constituti sumus, ne coram Deo et Ecclesia tacuisse ac silentio Nostro tam iniquae rerum perturbationi assensum praestitisse redarguamur, renovantes et confirmantes, quae in superius citatis Allocutionibus, Encyclicis ac Brevibus litteris alias solemniter declaravimus ac novissime in protestatione, quam jussu ac nomine Nostro Cardinalis publicis negotiis praepositus ipso vicesimo Septembris die, ad Oratores, Ministros et Negotiorum gestores exterarum nationum apud Nos et hanc S. Sedem commorantes dedit, solemniori quo possumus modo iterum coram Vobis, VV. FF., declaramus, Nostram mentem propositum et voluntatem esse omnia hujus S. Sedis dominia ejusdemque jura integra intacta inviolata retinere atque ad successores Nostros transmittere; quamcumque eorum usurpationem, tam modo quam antea factam, injustam violentam nullam irritamque esse, omniaque perduellium et invasorum acta, sive quae hactenus gesta sunt, sive quae forsitan in posterum gerentur ad praedictam usurpationem quoquo modo confirmandam, a Nobis etiam nunc pro tunc damnari, rescindi, cassari et abrogari. Declaramus praeterea et protestamur coram Deo et universo orbe Catholico Nos in ejusmodi captivitate versari, ut supremam Nostram pastorem auctoritatem tuto expedite ac libere minime exercere possimus. Tandem monito illi S. Pauli obtemperantes „Quae participatio justitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conventio Christi ad Belial,“¹⁾ palam aperteque edicimus ac declaramus, Nos memores officii Nostri et solemnem jurisjurandi quo tenemur, nulli unquam conciliationi assentiri vel assensum praestituros, quae ullo modo jura Nostra atque adeo Dei et Sanctae Sedis destruat vel imminuat: itidemque profitemur Nos paratos quidem divinae gratiae auxilio, gravi Nostra aetate, usque ad fecem pro Christi Ecclesia calicem bibere quem Ipse prior bibere pro eadem dignatus est, nunquam commissuros ut iniquis postulationibus quae Nobis offeruntur adhaereamus atque obsecundemus. Uti enim praedecessor Noster Pius VII. aiebat: „vim huic summo Sedis Apostolicae imperio afferre, temporalem ipsius potestatem a spirituali discerpere, Pastoris et Principis munia dissociare, divellere, excindere, nihil aliud est nisi opus Dei pessumdare ac perdere velle, nihil nisi dare operam ut Religio maximum detrimentum capiat, nihil nisi eam efficacissimo spoliare praesidio, ne summus ipsius Rector, Pastor Dei que vicarius in Catholicos quoquo terrarum sparsos atque inde auxilium et opem flagitantes, conferre subsidia possit, quae a spirituali Ipsius, per neminem impedienda, petuntur potestate.“²⁾

Quoniam vero Nostra monita, expostulationes et protestationes in irritum cesserunt, idcirco auctoritate omnipotentis Dei, SS. Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra Vobis, VV. FF., ac per Vos universae Ecclesiae declaramus, eos omnes qualibet dignitate etiam specialissima mentione digna, fulgentes, qui quarumcumque provinciarum Nostrae ditionis atque almae hujus Urbis invasionem, usurpationem, occupationem vel eorum aliqua perpetrarunt, itemque ipsorum mandantes, fautores, adiutores, consiliarios, adhaerentes vel alios quoscumque praedictarum rerum executionem quolibet praetextu et quovis modo procurantes vel per seipsos exequentes, majorem excommunicationem aliasque censuras et poenas ecclesiasticas a sacris Canonibus, Apostolicis constitutionibus et generalium Conciliorum, Tridentini praesertim (Sess. 22. c. 11 de Reform.) decretis inflictas incurrisse juxta tormam et tenorem expressum in superius commemoratis Apostolicis litteris Nostris die 26 Mart. a. 1860 datis.

Memores vero Nos ejus locum tenere in terris qui venit quaerere et salvum facere quod perierat, nihil magis optamus quam devios filios ad Nos revertentes paterna charitate complecti; quare levantes manus Nostras in caelum in humilitate cordis Nostri dum Deo, cujus est potius quam Nostra, justissimam causam remittimus et commendamus, Eum per viscera misericordiae suae obsecramus obtestamurque, ut adsit praesenti auxilio Nobis, adsit Ecclesiae suae, ac misericors et propitius efficiat ut hostes Ecclesiae aeternam perniciem quam sibi moliuntur cogitantes, formidandam ejus justitiam ante diem vindictae placare contendant, et mutatis consiliis Sanctae Matris Ecclesiae gemitus Nostrumque moerorem consolentur.

Quo vero hujusmodi tam insignia beneficia a divina clementia assequamur, Vos enixe ac summopere hortamur, VV. FF., ut una cum Fidelibus cujusque Vestrum curae concreditis, vestras fervidas preces Nostris votis

¹⁾ 2. Cor. cap. VI. 14 et 15.

²⁾ Alloc. 16 Martii 1808.

conjugatis, atque omnes simul ad thronum gratiae et misericordiae adeuntes Immaculatam Deiparam Virginem Mariam et Beatos Apostolos Petrum et Paulum deprecatores adhibeamus. „Ecclesia Dei ab exortu sui usque ad haec tempora pluries tribulata est et pluries liberata est. Ipsius vox est: *saepe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Nec nunc quoque relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum. Non est abbreviata manus Domini, nec facta impotens ad salvandum. Liberabit et hoc tempore absque dubio sponsam suam qui suo sanguine redemit eam, suo spiritu dotavit, donis caelestibus exornavit, ditavit nihilominus et terrenis.*“¹⁾

Interim uberrima caelestium gratiarum munera Vobis, VV. FF., cunctisque Clericis Laicisque Fidelibus cujusque Vestrum vigilantiae commissis a Deo ex animo adprecantes, praecipuae Nostrae erga vos charitatis pignus Apostolicam Benedictionem Vobis Ipsi eisdemque Dilectis Filiis ex intimo corde depromptam peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Novembris Anno MDCCCLXX.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimoquinto

PIUS PP. IX.

Den St. Michaels-Verein betr.

Das Hirten Schreiben vom 28. v. M. enthält bereits die Aufforderung, für den gegenwärtig so schwer bedrängten hl. Vater, wie das Gebet, so auch die Liebesopfer zu verdoppeln. Des letzten Restes des Kirchenstaates und der damit verbundenen Einkünfte beraubt ist der hl. Vater aller Hilfsmittel entblößt, und doch bleiben ihm, dem Oberhaupte der Kirche, so viele und so große Ausgaben zu bestreiten, welche sich auf die ganze Kirche beziehen. In seiner apostolischen Einfachheit braucht der hl. Vater für seine Person wenig, und was er braucht wird er überall finden, aber vieler, ja sehr vieler Mittel bedarf er zur Ausübung des die ganze katholische Christenheit umfassenden obersten Hirtenamtes, zur Unterhaltung der hiezu erforderlichen Beamten, Behörden und Anstalten.

Darum müssen aber auch alle Gläubigen, alle treuen Kinder der Kirche, es als eine Liebespflicht erkennen, dem bedrängten und beraubten Papste werthtätige Unterstützung angedeihen zu lassen; und es legt sich die Erfüllung dieser Liebespflicht ihnen um so näher, als ja die dem hl. Vater dargebrachten Liebesgaben wiederum den Gläubigen selbst zu Gute kommen. Denn dadurch wird die Regierung der Gesamtkirche ermöglicht, die Verbindung des Hauptes mit den Gliedern, und so die Lebensströmung erhalten, die von dem Mittelpunkte der Kirche wie von einem pulsirenden Herzen nach allen Theilen der Welt ausgeht, und überallhin ihre Segnungen verbreitet. Und doch bedürfen wir dieser gerade jetzt mehr denn je gegenüber den Bestrebungen einer mächtigen Parthei, die menschliche Gesellschaft zu entchristlichen und sie ihrer höchsten Güter zu berauben.

Zur Erfüllung der genannten Liebespflicht gegen das geheiligte Oberhaupt der Kirche bietet der St. Michaels-Verein offenbar die wirksamsten Mittel.

Dieser zu dem Zwecke, den hl. Stuhl in der Regierung der Kirche durch Gebet und Almosen zu unterstützen, vor zehn Jahren gegründete, vom hl. Vater gutgeheißene und mit kirchlichen Gnadenschätzen ausgestattete*) Verein wurde alsbald nach seinem Entstehen in der Erzdiocese Freiburg mit Genehmigung des Hochseligen Erzbischofs Hermann eingeführt, und von demselben durch die Hirten Schreiben vom 25. Oktober 1860 und 8. Dezember 1863, sowie auch bei andern Gelegenheiten, dem hochwürdigen Clerus und den Gläubigen angelegentlichst empfohlen. Er fand auch sogleich warme Theilnahme, welche sich bis jetzt erhielt, und es wurden im Verlaufe der verfloffenen zehn Jahre durch denselben dem hl. Vater ansehnliche Liebesgaben übermittelt. Wie bei fast allen solchen guten Werken, so geschah es auch bei diesem: Arme haben verhältnißmäßig von ihrer Armuth mehr dargebracht, als manche Reichen von ihrem Ueberflusse.

Um nun die durch die gegenwärtige Nothlage des hl. Vaters dringend geforderte allgemeine Betheiligung zu erzielen, hat das Comité des St. Michaels-Vereins der Erzdiocese Freiburg unterm 15. d. M. einen Aufruf an die Katholiken

¹⁾ S. Bern. Ep. 244. ad Conradum Reg.

*) Die den Mitgliedern des St. Michaels-Vereins durch Breve des Papstes Pius IX. vom 9. März 1860 verliehenen Ablässe sind folgende:

1) Vollkommener Ablass, welcher nach würdigem Empfang der hl. Sacramente der Buße und des Altars gewonnen werden kann am Tage des Eintritts in den Verein, am Feste der unbefleckten Empfängniß der seligsten Jungfrau und Gottesmutter Maria, am Festtage des hl. Erzengels Michael, sowie überhaupt einmal in jedem Monate;

2) ein Ablass von hundert Tagen für das tägliche Beten des „Vater unser“ und „Ave Maria“ nebst dem apostol. Glaubensbekenntnisse;

3) ein Ablass von ebensoviele Tagen, so oft man für die Zwecke des Vereins noch ein anderes gutes Werk verrichtet. Diese Ablässe können auch den Seelen der Abgestorbenen zugewendet werden. Endlich werden die Mitglieder der Früchte des hl. Messopfers theilhaftig, welches täglich, kraft einer Stiftung des hl. Vaters, in der Kapelle des Pius-Seminars in Rom dargebracht wird, sowie auch der hl. Vater selbst oft für jene Gläubigen, die ihm Hilfe leisten, das hl. Messopfer entrichtet.

der Erzdiöcese erlassen. Dieser Aufruf soll zur allgemeinen Kenntniß gelangen. Darum beauftrage ich die hochwürdigen Seelsorger, diesen dem gegenwärtigen Erlasse unten angefügten Aufruf an dem nächsten Feste der unbefleckten Empfängniß Mariä, unter deren besondern Schutz der Verein steht, beim Hauptgottesdienst von der Kanzel zu verkünden. Zugleich veranlasse ich hiemit den höchwürdigen Clerus, das gute Werk des St. Michaels-Vereins eifrigst zu befördern, und namentlich dahin zu wirken, daß derselbe in jeder Gemeinde eingeführt werde und zahlreiche Mitglieder erhalte, und daß in der den Seelsorgern am geeignetsten scheinenden Weise nach den Bestimmungen dieses Vereins die Liebesgaben für den hl. Vater gespendet werden.

Die Gläubigen sind besonders darauf aufmerksam zu machen, daß die Verpflichtungen, welche sie als Mitglieder des St. Michaels-Vereins (selbstverständlich nicht unter einer, nicht einmal läßlichen, Sünde) übernehmen, sehr leicht zu erfüllen sind: jedes Mitglied betet täglich für die Anliegen und Bedürfnisse der kathol. Kirche und des hl. Vaters ein „Vater unser“ und „Ave Mariä“ nebst dem apostolischen Glaubensbekenntniß und opfert monatlich wenigstens einen Kreuzer als Peterpfennig. Gerade dieser geringe Beitrag ermöglicht die allgemeine Betheiligung. Ist doch selbst der Aermste in der Lage, sein Scherflein zu opfern, und wenn nicht, so kann ganz leicht ein Anderer hilfreich für ihn einstehen. Das Wenige aber wird Viel durch die Allgemeinheit und Beharrlichkeit der Theilnahme. Der St. Michaels-Verein, welcher mit der kleinsten Gabe sich begnügt, hindert oder beeinträchtigt deshalb keineswegs andere von der christlichen Liebe und namentlich jetzt vom Patriotismus geforderten guten Werke. Es steht somit auch in dieser Hinsicht seiner allgemeinen Verbreitung Nichts im Wege.

Es ist darum zuversichtlich zu hoffen, daß alle treuen Kinder der Kirche, Priester und Laien, Hohe und Niedere, Reiche und Arme unter dem Panier des hl. Erzengels Michael, des siegreichen Führers der himmlischen Heerschaaren, des Beschützers der streitenden Kirche, des Patrons dieses Vereins geschaart dem von seinen Feinden umlagerten und vergewaltigten hl. Vater mit der Waffenrüstung des Gebets und Almofens zu Hilfe zu eilen. Sie geben dadurch Zeugniß von ihrem katholischen Glauben und ihrer katholischen Liebe; sie beweisen dadurch ihre kindliche Ehrfurcht und treue Anhänglichkeit an den hl. Vater Pius IX., welcher fast fünf und zwanzig Jahre mit Apostolischer Weisheit und Kraft die Kirche Gottes regiert, und durch das erhabene Beispiel felsenfesten Gottvertrauens und unerschütterlicher Standhaftigkeit inmitten der schwersten Trübsale unwillkürlich die Herzen aller edeln Menschen an sich zieht. Sie bieten durch ihre opferwillige Liebe dem hl. Vater einigen Ersatz für die ihm von entarteten und treulosen Söhnen zugefügten Unbilden, Kränkungen und Verfolgungen; sie trösten ihn in seiner Gefangenschaft; sie lindern durch ihre fromme Gesinnung den namenlosen Schmerz, welchen sein reines und liebendes Herz empfindet ob der an ihm und an der ganzen Kirche verübten Frevelthat und der dadurch vollbrachten schweren Sünde und Beleidigung der Göttlichen Majestät; sie stillen die bittern Thränen, welche der hl. Vater, ähnlich dem auf den Trümmern Jerusalems weheklagenden Propheten Jeremias, über das Schicksal der vielgeliebten Stadt Rom vergießt, die seit dem Einzug der italienischen Revolution der Schauplatz der schändlichsten Verbrechen geworden, und wo vielleicht bald der Gräuel der Verwüstung auch an heiliger Stätte steht. —

Wenn der hl. Geist ermahnt: „Mein Kind, nimm' dich deines Vaters im Alter an“, so knüpft er daran die Verheißung: „die Wohlthat, die du deinem Vater erzeigt, wird nimmermehr vergessen.“*) Diese göttliche Verheißung wird an Allen sich erfüllen, welche dem gemeinsamen Vater der Christenheit, dem ehrwürdigsten Priestergeis auf St. Petri Stuhl Hilfe und Trost nicht versagen. Und wenn der göttliche Heiland Alles, was wir dem Geringsten Seiner Brüder thun, als Ihm Selbst gethan ansieht und belohnt, welch' eine reichliche Aussaat himmlischen Segens und Lohnes wird wohl das Almofen in sich schließen, das Seinem Stellvertreter auf Erden mit wahrer Liebe gespendet wird?

Wenn die Gläubigen Alles dieses recht bedenken, und die hochwürdigen Seelsorger es ihnen noch weiter an's Herz legen, so wird der nachstehende Aufruf zur allgemeinen Betheiligung an dem St. Michaels-Verein seines Zweckes nicht verfehlen. Das walt' Gott! —

Gegenwärtiger Erlaß ist am Feste der unbefleckten Empfängniß Mariä den Gläubigen von der Kanzel zu verkünden. Es ist heuer an diesem zu dem hl. Vater Pius IX. in innigster Beziehung stehenden Feste bei dem vor- und nachmittägigen Gottesdienste das höchwürdigste Gut in der Monstranz auszusetzen, und es sind die Gläubigen zu ermahnen, an diesem Tage ganz besonders für den hl. Vater zu beten und die hl. Communion ihm aufzuopfern.

Freiburg am Feste Mariä Opferung, 21. November 1870.

† **Lothar von Kübel,**
Erzbisthumsverweser.

*) Sir. 3. 14. 15.

Aufruf an die Katholiken der Erzdiocese Freiburg.

So hat denn endlich das von lange her vorbereitete Werk der Ungerechtigkeit und der Gewaltthat gegen den heil. Vater und den apostolischen Stuhl durch die neueste Frevelthat gegen Rom sein Ziel scheinbar erreicht.

Lassen wir uns aber dadurch, katholische Glaubensgenossen, nicht entmuthigen, in unserm festen Glauben nicht erschüttern, daß auch diese Drangsale und Prüfungen unserer heil. Kirche, wie so oft im Laufe so vieler Jahrhunderte geschehen ist, ihr zum Sieg und Segen ausschlagen werden, wenn wir selbst nur durch unser Leben und Kämpfen als gute Christen und als treue Söhne der katholischen Kirche uns bewähren werden.

Zu diesem Zwecke ist der Verein vom heiligen Erzengel Michael in unserer Erzdiocese gegründet und hat seit zehn Jahren ununterbrochen und regelmäßig gewirkt.

Mit der Vollendung der Frevelthat der italienischen Regierung gegen den heiligen Vater ist dessen Bedrängniß nur noch vermehrt worden. Dadurch ist die Hilfe um so dringender und in um so höherm Maße nöthig. Dazu rufen uns auf unsere hochwürdigsten Bischöfe, die große Wallfahrt und Versammlung der deutschen Katholiken zu Fulda, die europäische Versammlung zu Genf, bei welcher die Katholiken fast aller europäischen Nationalitäten vertreten waren. Wenn in öffentlichen Blättern gesagt wird, daß der heilige Vater die nächste Zeit von auswärts Geld für sich nicht bedürfe, so ist dieß ganz un- wahr. Der hochwürdigste Bischof Konrad von Baderborn erklärt dagegen öffentlich mit seiner Namensunterschrift (siehe Köln. Volkszeitg. 28. Oct. d. J., Nr. 298, zweites Bl.): „Es sei ihm vor Kurzem officiell mitgetheilt worden, daß der heil. Vater, aller Mittel beraubt, was die Bestreitung seiner Lebensbedürfnisse betrifft, lediglich auf die Erträgnisse des Peterspfennigs angewiesen ist.“

Es muß dem apostolischen Stuhl von allen kirchentreuen Katholiken durch ausgiebige Liebesgaben zu Hilfe gekommen werden, und es kann dieses geschehen ohne große Schwierigkeit und ohne große Opfer von Seiten der einzelnen Gläubigen.

Das Mittel dazu liegt in der möglichst allgemeinen Theilnahme der Katholiken an dem guten Werke des Peterspfennigs. Wenn von den vielen Millionen Katholiken des Erdkreises ein nur einigermaßen erflechtlicher Theil auch nur den kleinsten Beitrag gibt, welcher von dem St. Michael-Verein verlangt wird (Ein Kreuzer monatlich), so kommen große Summen zusammen.

Die Hauptsache ist also: eine Organisation zu finden und anzuwenden, welche diese Allgemeinheit der Theilnahme befördert und verbürgt. Ein großer Theil auch kirchlich gesinnter Katholiken ist bisher von dieser Theilnahme entfernt geblieben, nicht aus entschieden übelm Willen, sondern weil sie, durch die vielerlei weltlichen Sorgen und Zerstreungen des Lebens abgehalten, versäumt haben, dieser ihrer Pflicht nachzukommen. Wenn man diese Katholiken an ihre Pflicht erinnert, einen Beitrag von ihnen persönlich verlangt, so bleiben sie nicht zurück.

Bisher sind, um die Liebesgaben des Peterspfennigs zusammenzubringen, mancherlei verschiedene Mittel bei uns angewendet worden: Opfer in der Kirche; freiwilliges Zustellen von Seiten der Geber an die hochwürdigen Pfarrer; Abholen der Beiträge bei den Gebern durch eigens aufgestellte Sammler und Sammlerinnen u. s. w.

Ohne diese Wahl der für jeden Ort am geeignetsten scheinenden Mittel aufheben zu wollen, erlauben wir uns, in den nachfolgenden Sätzen denjenigen Weg anzugeben, welcher nach unseren gemachten Erfahrungen als der wirksamste sich bewährt, und denselben unseren Glaubens- und Vereinsgenossen zu empfehlen.

1) In einer jeden katholischen Pfarrgemeinde ohne Ausnahme ist ein Localverein des St. Michaels-Vereins, aus einigen Personen bestehend, oder auch nur eine einzige geeignete Person als Commissär des St. Michaels-Vereins aufzustellen, welche sich das Einsammeln des Peterspfennigs angelegen sein lassen. Wir setzen dabei die Anregung dazu und die Mithilfe durch Rath und That von Seiten der hochwürdigen Herren Pfarrer, wie bisher, voraus.

2) Das Local-Comité oder der einzelne Commissär fragt die Mitglieder der katholischen Gemeinde, von welchen man nach ihrer kirchlichen Haltung annehmen kann, daß sie an unserm guten Werke Theil nehmen werden, ob sie Antheil nehmen wollen, mit welchem jährlichen Beitrag, und in welchen Terminen derselbe bei ihnen abgeholt werden darf. Es ist dabei zu bemerken, daß der gewöhnliche und niederste Beitrag in Einem Kreuzer monatlich, also Zwölf Kreuzer jährlich, besteht, daß aber jeder höhere Beitrag mit dem größten Danke angenommen wird.

3) Städte und größere Ortschaften sind in Bezirke abzutheilen und für die einzelnen Bezirke Sammler oder Sammlerinnen aufzustellen, welche aus katholischer Gesinnung sich dieser Bemühung unterziehen.

4) Alle viertel- oder halbe Jahre oder jährlich wird der Ertrag der Liebesgaben für den heiligen Vater von den betreffenden Local-Comités oder einzelnen Commissären eingeschendet an „den Cassier des Michaels-Vereins, Herrn Eduard Wahr in Freiburg, im Gellenhause wohnhaft, oder an die Redaction des katholischen Kirchenblattes zu Freiburg.“

In dem zuletzt genannten Blatte werden alle eingeschendeten Beiträge angezeigt statt Quittung.

5) Gedruckte Aufnahmszettel des St. Michaels-Vereins, welche zugleich nähere Auskunft über denselben geben, sind unentgeltlich zu beziehen von der literarischen Anstalt zu Freiburg. Nur ist bei der Bestellung die Anzahl der verlangten, unter Kreuzband oder in Paket zu schickenden Exemplare anzugeben und die dieser Sendung entsprechende Postmarke beizulegen. In derselben Buchhandlung ist auch zu beziehen die folgende Broschüre, welche über den Peterspfennig die beste Auskunft gibt, die darüber herrschenden Irrthümer aufklärt und die böswilligen Angriffe zurückweist, nämlich: Schumacher, die Finanzlage des heiligen Stuhles. Wien 1870. Verlag von Mayer u. Comp. Preis 16 Kreuzer; in Partien von 50 Exemplaren 10 Kreuzer.

Wohlan denn, katholische Glaubensgenossen unserer Erzdiocese aus allen Ständen! Katholische Männer und Frauen! Jünglinge und Jungfrauen! Erhebt Euch! Kommt durch Gebet und Liebesgaben zu Hilfe dem heiligen Vater, dem apostolischen Stuhle, der bedrohten katholischen Kirche.

Ihr werdet zwar in Anspruch genommen zu vielen guten Werken der Wohlthätigkeit und der Frömmigkeit. Aber so verdienstlich auch alle sein mögen, keines geht diesem gutem Werke vor, um welches es sich hier handelt. Das Oberhaupt der katholischen Kirche ist in Noth; der allgemeinen und obersten Regierung der Kirche werden von ihren Feinden Eigenthum und die äußern Mittel ihres Bestehens geraubt; die Gesamtheit der katholischen Kirche wird auf das frechste angegriffen und auf das gefahrvollste bedroht. Es handelt sich also bei der Theilnahme an diesem guten Werke um die Erfüllung einer wirklichen Pflicht. Jedes katholische Herz, das nur noch einen Funken Liebe zur Kirche, noch einen Funken katholischen Ehrgefühles bewahrt, wird hier nicht zurückbleiben.

Euch, die Ihr bisher schon an unserm guten Werke Theil genommen, bitten wir um Fortsetzung Eurer Theilnahme. Euch aber, welche von der Leistung dieser Liebesgaben ferne geblieben sind, und darunter so Viele, welche Gott mit zeitlichen Gütern gesegnet hat, — Euch erinnern wir als Eure kathol. Brüder in Liebe, aber mit Ernst an Eure Pflicht als Katholiken.

Insbesondere wenden wir uns mit unserer inständigen Bitte um Ihre Mitwirkung an die hochwürdigen Seelsorger, welchen wir bis jetzt schon vorzugsweise das bei allen Stürmen der Zeit und Hindernissen von Seiten der Gegner und Feinde ununterbrochene Gedeihen unseres St. Michaels-Vereins verdanken. Desgleichen bitten wir die sämmtlichen zahlreichen katholischen Casinos, katholischen Männervereine und ähnliche Vereine um ihre Mitwirkung. Helfen wir alle zusammen, daß unsere Erzdiocese auch in dieser Bewährung ihrer katholischen Gesinnung eine ehrenhafte Stelle einnehme.

Freiburg, den 15. November 1870.

Das Comité des St. Michaels-Vereins der Erzdiocese Freiburg.
Zell, d. J. Vorstand, Braun, Herder, C. Wahr, Kassier.